

1

## LA PERIZIA NELLE ARMI È IL SEGRETO DELLA VITTORIA

### VEGEZIO

*Pronomi indefiniti, interrogativi, riflessivi, personali; comparativi; verbi deponenti, composti di sum, doceo; proposizioni infinitive, incidentali, relative; congiuntive indipendenti, gerundio, participio perfetto*

#### VERSIONE GUIDATA

**Nulla ... alia re ...:** si tratta di un ablativo strumentale posto in correlazione con i successivi ablativi *exercitio, disciplina, usu* mediante la congiunzione *nisi*;  
**orbem ... terrarum:** propriamente *orbis terrarum* è «il cerchio delle terre», quindi «il mondo»;  
**Quid ... valuisset?:** questa e la seguente sono due domande retoriche che presuppongono una risposta negativa e formano la apodosi di un periodo ipotetico, la cui protasi è implicita e si ricava dal periodo precedente («Se il popolo romano non fosse stato tanto abile nell'uso delle armi...»);  
**tironem:** tiro è la recluta, oggetto di molte considerazioni nell'opera di Vegezio;  
**profuit:** da *prosum*, ha come soggetto *eligere* e come complemento di vantaggio sottinteso *Romanis*;  
**ius ... docere:** *doceo* si costruisce con il doppio accusativo, della persona a cui si insegna (un *eum*, cioè la recluta, sottinteso) e della cosa che si insegna (*ius*);

Nulla enim alia re videmus populum Romanum orbem subegisse terrarum nisi armorum exercitio, disciplina castrorum usuque militiae. Quid enim adversus Gallorum multitudinem paucitas Romana valuisset? Quid adversus Germanorum proceritatem brevitatis potuisset audere? Hispanos quidem non tantum numero sed et viribus corporum nostris praestitisse manifestum est; Afrorum dolis atque divitiis semper impares fuimus; Graecorum artibus prudentiaque nos vinci nemo dubitavit. Sed adversus omnia profuit tironem sollerter eligere, ius, ut ita dixerim, armorum docere, cotidiano exercitio roborare, quaecumque evenire in acie atque proeliis possunt, omnia in campestri meditatione praenosceri, severe in desides vindicare. Scientia enim rei bellicae dimicandi nutrit audaciam: nemo facere metuit quod se bene didicisse confidit. Etenim in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriam promptior est, rudis et indocta multitudo exposita semper ad caedem.

**dimicandi:** gerundio genitivo del verbo *dimicare*, retto dal sostantivo *audaciam*;  
**metuit quod ... confidit:** costruisci: *metuit (id) quod confidit se bene didicisse*; *quod* ha duplice funzione di pronome determinativo, come complemento oggetto di *metuit*, e di pronome relativo, come complemento oggetto di *didicisse*; *didicisse* è infinito perfetto da *disco* («imparare») con raddoppiamento, ed è il verbo dell'infinitiva il cui soggetto è *se*;  
**exposita:** equivale a *exposita est*; la forma del verbo *sum* si ricava dalla frase precedente, con cui l'ultima proposizione è in rapporto di opposizione (proposizione avversativa coordinata per asindeto, cioè in assenza di una congiunzione avversativa, la cui funzione è svolta dalla virgola).

2

## ●○○ I SOLDATI DEVONO SAPER NUOTARE

### VEGEZIO

*Pronomi determinativi, indefiniti; verbi semideponenti;*

Natandi usum aestivis mensibus omnis aequaliter debet tiro condiscere. Non enim semper pontibus flumina transeuntur, sed et cedens et insequens natare cogitur frequenter exercitus. Saepe repentinis imbribus vel nivibus solent exundare torrentes, et ignorantia non solum ab hoste, sed etiam ab ipsis aquis discrimen incurrit. Ideoque Romani veteres, quos tot bella et continuata pericula ad omnem rei militaris erudiverant artem, campum Martium vicinum Tiberi delegerunt, in quo iuventus post exercitium armorum sudorem pulveremque di- ➤

proposizioni relative proprie e improprie, temporali, finali; gerundio, participio presente

lueret ac lassitudinem cursus natandi labore deponeret. Non solum autem pedites sed et equites ipsosque equos vel lixas, quos galiarios vocant, ad natandum exercere percommodum est, ne quid imperitis, cum necessitas incumbit, eveniat.

3

## IL LANCIO DELLE PIETRE

### VEGEZIO

Pronomi indefiniti, nesso relativo; comparativi; verba dicendi; proposizioni infinitive, finali, relative, causali, complete, consecutive; cum + congiuntivo, perifrastica passiva; gerundivo

Ad lapides vero vel manibus vel fundis iaciendos exerceri diligenter convenit iuniores. Fundarum usum primi Balearium insularum habitatores et invenisse et ita perite exercuisse dicuntur, ut matres parvos filios nullum cibum contingere sinerent, nisi quem ex funda destinato lapide percussissent. Saepe enim adversum bellatores cassidibus catafractis munitos teretes lapides de funda vel fustibalo destinati sagittis sunt omnibus graviore, cum membris integris letale tamen vulnus importent et sine invidia sanguinis hostis lapidis ictu intereat. In omnibus autem veterum proeliis funditores militasse nullus ignorat. Quae res ideo ab universis tironibus frequenti exercitio discenda est, quia fundam portare nullus est labor. Et interdum evenit, ut in lapidosis locis conflictus habeatur, ut mons sit aliquis defendendus aut collis, ut ab obpugnatione castellorum sive civitatum lapidibus barbari fundisque pellendi sint.

LESSICO	<p>cassidibus: <i>cassis, -is</i>, “elmo”</p> <p>catafractis: <i>catafracta, -ae</i>, “corazza” (<i>lorica</i>)</p> <p>funda: <i>funda, -ae</i>, “fionda”</p> <p>fustibalo: <i>fustibalus, -i</i>, “mazzafrusto” (<i>fustis aptus ad lapides iaciendas</i>)</p> <p>sagittis: <i>sagitta, -ae</i>, “freccia”</p> <p>funditores: <i>funditor, -oris</i>, “fromboliere” (<i>miles pugnans fundis vel fustibalis</i>)</p> <p>tironibus: <i>tiro, -onis</i>, “recluta”</p>
SINTASSI	Ad lapides ... iaciendos: <i>ut lapides ... iaciant</i>
EQUIVALENZE	<p>convenit: <i>oportet</i></p> <p>sinerent: <i>permitterent</i></p> <p>intereat: <i>moriatur</i></p>
DERIVAZIONI	<p>intereat: <i>inter + eo</i></p> <p>obpugnatione: <i>ob + pugna, pugna ante moenia oppidi vel castelli</i></p>

## NECESSITÀ DELL'ACCAMPAMENTO E DOVE COLLOCARLO

### DA VEGEZIO

*Pronomi indefiniti, comparativi; videor; proposizioni ipotetiche, finali, complete, comparative, comparative ipotetiche, relative improprie; perifrastica passiva, ablativo assoluto nominale, participio congiunto*

Castrorum quoque munitionem debet tiro condiscere; nihil enim neque tam salutare neque tam necessarium invenitur in bello; quippe, si recte constituta sunt castra, ita intra vallum securi milites dies noctesque peragunt, etiam si hostis obsideat, quasi muratam civitatem videantur secum ubique portare. Castra ergo, praesertim hoste vicino, tuto semper facienda sunt loco, ut lignorum et pabuli et aquae suppetat copia, et, si diutius conmorandum sit, loci salubritas eligatur. Cavendum etiam, ne mons sit vicinus aut collis altior, qui ab adversariis captus possit officere. Considerandum est, ne torrentibus inundari consueverit campus et hoc casu vim patiatur exercitus. Pro numero autem militum vel impedimentorum munienda sunt castra, ne maior multitudo constipetur in parvis neque paucitas in latioribus ultra quam oportet cogatur extendi.

## FORMA, ORIENTAMENTO E FORTIFICAZIONI DELL'ACCAMPAMENTO

### VEGEZIO

*Pronomi dimostrativi, indefiniti, nesso relativo; comparativi, numerali; proposizioni relative, ipotetiche, consecutive, complete, temporali; perifrastica attiva e passiva, ablativo assoluto*

Interdum autem quadrata, interdum trigona, interdum semirotonda **prout** loci qualitas aut necessitas postulaverit, **castra facienda sunt**. Porta autem, quae appellatur praetoria, aut orientem spectare debet aut illum locum, qui ad hostes respicit, aut, si **iter agitur**, illam partem **debet attendere**, ad quam **est profecturus** exercitus, intra quam primae centuriae, **hoc est** cohortes, papiliones tendunt et dracones et signa constituunt. **Decumana** autem **porta, quae appellatur**, post praetorium est, per quam delinquentes milites educuntur ad poenam. Castrorum autem diversa triplexque munitio est. Nam si nimia necessitas non premit, caespites **circumciduntur** e terra et ex his velut murus instruitur, altus tribus pedibus supra terram, ita ut **in ante** sit fossa, de qua levati sunt caespites; deinde tumultuaria fossa **fit** lata pedes novem et alta pedes VII. Sed ubi vis acrior inminet hostium, tunc legitima fossa ambitum **convenit** munire castrorum, ita ut XII pedes lata sit et alta sub linea, sicut appellant, pedes novem. Supra autem saepibus hinc inde factis, **quae de fossa levata fuerit, terra congeritur** et crescit in altum IIII pedes. Sic **fit ut** sit XIII alta et XII lata; supra quam sudes de lignis fortissimis, quas milites portare **consueverunt**, praefiguntur. Ad quod opus ligones, rastra, qualos aliaque utensilium genera habere **convenit** semper in promptu.

### IMPARIAMO A TRADURRE

**prout**: quale verbo regge questa congiunzione subordinante? Tutta la frase equivale a *pro loci qualitate aut necessitate*, ma stai attento a dare alla preposizione *pro* il giusto significato, che puoi ricavare facilmente dal contesto.

**castra facienda sunt**: come si chiama questo particolare tipo di coniugazione e quale funzione

svolge? Si tratta di una costruzione personale o impersonale? E come è opportuno renderla in italiano?

**iter agitur**: il verbo *agere* presenta molti significati, che vanno scelti di volta in volta a seconda del contesto o, come nel nostro caso, del sintagma considerato. Prova a formulare un'ipotesi, che poi

verificherai sul vocabolario.

**debet adtendere:** come mai in questo caso, come anche nel precedente *spectare debet*, a tuo parere, l'autore ha preferito usare una perifrasi con il verbo *debeo* piuttosto che la perifrastica passiva?

**est profecturus:** come si chiama questo particolare tipo di coniugazione e quale sfumatura di significato dà al verbo (imminenza, intenzione, predestinazione)? Qual è la traduzione più adatta al contesto?

**hoc est:** più frequentemente si trova l'espressione equivalente *id est*.

**Decumana ... porta, quae appellatur:** una struttura della frase più vicina all'italiano, e forse anche al latino classico, sarebbe *porta autem, quae appellatur Decumana*. Quale funzione logica svolge il termine *Decumana*?

**circumciduntur:** da quale verbo semplice deriva

questo composto (attenzione a non confonderlo con altri graficamente simili!)?

**in ante:** un autore latino del periodo classico avrebbe detto semplicemente *ante*.

**fit:** ricordi i tre significati fondamentali del verbo *fit*? Quale di essi si adatta a questo contesto?

**convenit:** che proposizione regge questo verbo, usato qui come impersonale?

**quae de fossa levata fuerit, terra congeritur:** fai attenzione alla disposizione delle parole e ricorda che spesso il pronome relativo in latino viene usato in funzione prolettica.

**fit ut:** questo *fit* ha lo stesso valore del precedente? Che cosa devi considerare soprattutto, prima di dare la risposta?

**consueverunt:** si tratta di un perfetto logico, che deve essere tradotto al presente. Quali altri perfetti conosci che si traducono allo stesso modo?

## 6

### LA LEGIONE E LE SUE SUDDIVISIONI I

#### VEGEZIO

*Pronomi, dimostrativi; comparativi, numerali; proposizioni infinitive, relative, temporali, causali; perifrastica passiva*

Sciendum autem est in una legione decem cohortes esse debere. Sed prima cohors reliquas et numero militum et dignitate praecedit. Nam genere atque institutione litterarum viros electissimos quaerit. Haec enim suscipit aquilam, quod praecipuum signum in Romano est semper exercitu et totius legionis insigne; haec imagines imperatorum, hoc est divina et praesentia signa, veneratur; habet pedites mille centum quinque, equites loricatos CXXXII, et appellatur cohors miliaria; haec caput est legionis, ab hac, cum pugnandum est, prima acies incipit ordinari. Secunda cohors habet pedites DLV, equites LXVI, et appellatur cohors quingenaria. Tertia cohors similiter habet pedites DLV, equites LXVI, sed in hac cohorte tertia validiores probari moris est, quia in media acie consistit. Cohors quarta habet pedites DLV, equites LXVI.

## 7

### LA LEGIONE E LE SUE SUDDIVISIONI II

#### VEGEZIO

*Pronomi, dimostrativi, determinativi; numerali; proposizioni causali, relative; perifrastica passiva*

Cohors quinta habet pedites DLV, equites LXVI; sed et quinta cohors strenuos desideret milites, quia, sicut prima in dextro, ita quinta in sinistro ponitur cornu. Hae quinque cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites DLV, equites LXVI; in ipsa quoque enucleati adscribendi sunt iuniores, quia in secunda acie post aquilam et imagines cohors sexta consistit. Cohors VII habet pedites DLV, equites LXVI. Cohors VIII habet pedites DLV, equites LXVI; sed et ipsa animosos desiderat viros, quia in secunda acie consistit in medio. Cohors nona habet pedites DLV, equites LXVI. Cohors X habet pedites DLV, equites LXVI; et ipsa bona consuevit accipere bellatores, quia in secunda acie sinistrum possidet cornum. **His decem cohortibus legio plena fundatur, quae habet pedites sex milia centum, equites DCCXXX.** Minor itaque numerus armatorum in una legione esse non debet.

## LE PRIME LEGIONI E IL TRIBUNO MARCO VALERIO

### EUTROPIO

*Pronomi indefiniti, riflessivi, determinativi; nesso relativo; numerali; dativo di possesso; verbi deponenti, proposizioni relative proprie e improprie, finali; cum + congiuntivo, ablativo assoluto*

Census iterum habitus est. Et cum Latini, qui a Romanis subacti erant, milites praestare nollent, ex Romanis tantum tirones lecti sunt, factaeque legiones decem, qui modus sexaginta vel amplius armatorum milia efficiebat. Parvis adhuc Romanis rebus tanta tamen in re militari virtus erat. Quae cum profectae essent adversum Gallos duce L. Furio, quidam ex Gallis unum ex Romanis, qui esset optimus, provocavit. Tum se M. Valerius tribunus militum obtulit, et cum processisset armatus, corvus ei supra dextrum brachium sedit. Mox commissa adversum Gallum pugna idem corvus alis et unguibus Galli oculos verberavit, ne rectum posset aspicere. Ita a tribuno Valerio interfectus. Corvus non solum victoriam ei, sed etiam nomen dedit. Nam postea idem Corvinus est dictus. Ac propter hoc meritum annorum trium et viginti consul est factus.

## LE MAGISTRATURE ROMANE: LA CREAZIONE DEL CONSOLATO

### EUTROPIO

*Pronomi dimostrativi, indefiniti, determinativi; comparativi; proposizioni finali, complete, relative proprie e improprie, infinitive; periodo ipotetico, ablativo assoluto, participi*

Hinc consules **coepere**, pro uno rege duo, **hac causa** creati, **ut**, si unus malus esse voluisset, alter eum, **habens** potestatem similem, coercedet. Et **placuit ne** imperium longius quam annum haberent, ne per diuturnitatem potestatis insolentiores redderentur, sed civiles semper essent, **qui** se post annum **scirent** futuros esse **privatos**. Fuerunt igitur anno primo **ab expulsis regibus** consules L. Iunius Brutus, qui maxime **egerat ut** Tarquinius pelleretur, et Tarquinius Collatinus, maritus Lucretiae. Sed Tarquinius Collatino statim sublata est dignitas. Placuerat enim **ne quisquam** in urbe remaneret, qui Tarquinius vocaretur. Ergo accepto omni patrimonio suo ex urbe migravit, et loco ipsius **factus est** L. Valerius Publicola consul. **Commovit** tamen bellum urbi Romae rex Tarquinius, qui **fuerat expulsus**, et collectis multis gentibus, ut in regnum posset restitui, dimicavit.

### IMPARIAMO A TRADURRE

**Hinc:** da quale pronome deriva l' avverbio di moto da luogo *hinc*? Quali sono gli altri avverbi di luogo derivanti dallo stesso pronome? In questo caso *Hinc* ha il significato di «Da questo momento», cioè l'anno in cui Tarquinio il Superbo fu cacciato da Roma, evento di cui l'autore ha parlato nel capitolo precedente, da noi non riportato;

**coepere:** si tratta di una forma secondaria di quale tempo, modo e persona del verbo *coepi*? A quale tipologia di verbi appartiene *coepi*, *coepisse* e perché?

**hac causa ... ut:** qual è il rapporto sintattico tra il sintagma *hac causa* e la congiunzione subordinante *ut*?

**habens:** quale funzione svolge il participio presente in questo caso e come è più opportuno tradurlo?

**placuit, ne:** il verbo *placet*, *placuit*, *placere* viene solitamente usato in contesti particolari, come quello considerato da Eutropio, e ha perciò un significato specifico, che non è quello dell'italiano «piacere», bensì...; la proposizione completiva introdotta da *ne* e retta da *placuit* ti può aiutare a individuarne il senso proprio;

**qui ... privatos:** prima di tradurre svolgi un'accurata analisi di questo periodo, breve ma abbastanza complesso;

**qui ... scirent:** perché questa relativa ha il verbo al congiuntivo?

**ab expulsis regibus:** non è opportuno tradurre alla lettera questa frase in italiano, ma, una volta capito il suo significato, tradurla nel modo in cui noi normalmente ci esprimeremmo.

**Egerat, ut:** da che verbo deriva la forma *egerat* e qual è il suo paradigma? Quale tipo di proposizione subordinata introduce? La tipologia di tale proposizione ti aiuta anche a individuare il significato del verbo adatto al contesto;

**Ne quisquam:** perché l'autore non ha usato il sintagma *ut nemo*?

**Factus est:** ricordi i tre significati fondamentali del

verbo *fit*? Quale di essi si adatta a questo contesto?

**Commovet:** attenzione ai falsi amici; il significato proprio del verbo *commoveo* non è «commuovere», ma un altro, che puoi intuire dal contesto;

**fuerat expulsus:** espressione perifrastica, molto usata da Eutropio, al posto di quella più classica *expulsus erat*.

## 10

### LE MAGISTRATURE ROMANE: LA DITTATURA

#### EUTROPIO

*Pronomi determinativi, indefiniti, dimostrativi; numerali, comparativi; possum; proposizioni finali, relative proprie e improprie; cum + congiuntivo, ablativo assoluto*

Nono anno post reges exactos, cum gener Tarquini ad iniuriam soceri vindicandam ingentem collegisset exercitum, nova Romae dignitas est creata, quae dictatura appellatur, maior quam consulatus. Eodem anno etiam magister equitum factus est, qui dictatori obsequeretur. Neque quicumque similis potest dici quam dictatura antiqua huic imperii potestati, quam nunc tranquillitas vestra habet, maxime cum Augustus quoque Octavianus, de quo postea dicemus, et ante eum C. Caesar sub dictaturae nomine atque honore regnaverint. Dictator autem Romae primus fuit T. Larcus, magister equitum primus Sp. Cassius.

## 11

### IL DITTATORE FURIO CAMILLO E LA CACCIATA DEI GALLI

#### EUTROPIO

*Pronomi determinativi, indefiniti, nesso relativo; numerali, superlativi; possum; proposizioni relative, comparative ipotetiche, finali, consecutive; participio congiunto, ablativo assoluto, cum + congiuntivo*

Post viginti **deinde** annos Veientani rebellaverunt. Dictator contra ipsos missus est Furius Camillus, qui **primum** eos vicit acie, mox etiam civitatem **diu** obsidens cepit, antiquissimam Italiaeque **ditissimam**. Post eam cepit et Faliscos, non minus nobilem civitatem. Sed commota est ei invidia, quasi praedam male divisisset, **damnatusque** ob eam causam **et expulsus** civitate. Statim Galli Senones ad urbem venerunt et victos Romanos undecimo miliario a Roma apud flumen Alliam secuti etiam urbem occupaverunt. Neque defendi quicumque nisi Capitolium potuit; quod cum diu obsidissent et iam Romani fame laborarent, accepto auro ne Capitolium obsiderent, recesserunt. Sed a **Camillo**, qui in vicina civitate exulabat, **Gallis superventum est** gravissimeque victi sunt. Postea tamen etiam secutus eos Camillus ita **cecidit**, ut et aurum, quod his **datum fuerat**, et omnia, quae ceperant, militaria signa revocaret. Ita **tertio** triumphans urbem ingressus est et appellatus secundus Romulus, **quasi** et ipse patriae **conditor**.

MORFOLOGIA	<b>primum:</b> avverbio <b>damnatusque:</b> <i>et damnatus est</i> <b>et expulsus:</b> <i>et expulsus est</i> <b>cecidit:</b> <i>caedo, -is, cecidi, caesum, -ere</i>
DERIVAZIONI	<b>ditissimam:</b> <i>da dives, divitis (ditis)</i>



SINTASSI	a Camillo ... Gallis superventum est: <i>Camillus Gallos consecutus est</i> quasi... conditor: <i>quasi conditor esset</i>
EQUIVALENZE	deinde: <i>post Veios captos</i> diu: <i>per multos dies</i> datum fuerat: <i>datum erat</i>

12

## LE MAGISTRATURE ROMANE: I TRIBUNI MILITARI

### EUTROPIO

*Pronomi determinativi, indefiniti, numerali, comparativi; fio; proposizioni relative, consecutive; ablativo assoluto*

Anno trecentesimo sexagesimo quinto ab urbe condita, post captam autem primo, dignitates mutatae sunt, et pro duobus consulibus facti tribuni militares consulari potestate. Hinc iam coepit Romana res crescere. Nam Camillus eo anno Volscorum civitatem, quae per septuaginta annos bellum gesserat, vicit et Aequorum urbem et Sutrinorum atque omnibus deletis earundem exercitibus occupavit et tres simul triumphos egit. Verum dignitas tribunorum militarium non diu perseveravit. Nam post aliquantum nullos placuit fieri et quadriennium in urbe ita fluxit, ut potestates ibi maiores non essent. Praesumpserunt tamen tribuni militares consulari potestate iterum dignitatem et triennio perseveraverunt. Rursus consules facti.

13

## LA GUERRA CONTRO TARANTO. GLI ELEFANTI DI PIRRO TERRORIZZANO I ROMANI

### EUTROPIO

*Pronomi dimostrativi, determinativi, indefiniti, riflessivi, nesso relativo; numerali; verba iubendi, dicendi, fero; proposizioni causali, finali, relative; cum + congiuntivo, ablativo assoluto, participio congiunto, periodo ipotetico*

Eodem tempore Tarentinis, qui iam in ultima Italia sunt, bellum indicatum est, quia legatis Romanorum iniuriam fecissent. Hi Pyrrum, Epiri regem, contra Romanos in auxilium poposcerunt, qui ex genere Achillis originem trahebat. Is mox ad Italiam venit, tumque primum Romani cum transmarino hoste dimicaverunt. Missus est contra eum consul P. Valerius Laevinus, qui cum exploratores Pyrrhi cepisset, iussit eos per castra duci, ostendi omnem exercitum tumque dimitti, ut renuntiarent Pyrru quaecumque a Romanis agerentur. Commissa mox pugna, cum iam Pyrrus fugeret, elephantorum auxilio vicit, quos incognitos Romani expaverunt. Sed nox proelio finem dedit; Laevinus tamen per noctem fugit, Pyrrus Romanos mille octingentos cepit et eos summo honore tractavit, occisos sepelivit. Quos cum adverso vulnere et truci vultu etiam mortuos iacere vidisset, tulisse ad caelum manus dicitur cum hac voce: se totius orbis dominum esse potuisse, si tales sibi milites contigissent.

EQUIVALENZE	in ultima Italia: <i>in extrema parte Italiae</i> ex genere: <i>ex stirpe</i>
SINTASSI	quia ... fecissent: causale soggettiva iussit eos ... duci ... ostendi ... dimitti: <i>imperavit ut ei ducerentur, ostenderentur, dimitterentur</i> quos incognitos Romani expaverunt: <i>Romani expaverunt ad elephantos, quos numquam viderant</i> Quos cum ... vidisset: <i>et cum vidisset eos</i>

MORFOLOGIA **poposcerunt**: *posco, -is, poposci, -ere*  
**mox**: avverbio

14

## L'INTEGRITÀ DI FABRIZIO E LA SCONFITTA DI PIRRO

### EUTROPIO

*Pronomi determinativi, riflessivi, indefiniti, dimostrativi; possum, verba iubendi, fero; proposizioni relative, infinitive, interrogative indirette; ablativo assoluto, cum + congiuntivo, participio congiunto, periodo ipotetico*

Interiecto anno contra Pyrrum Fabricius est missus, qui prius inter legatos sollicitari non potuerat, quarta regni parte promissa. Tum, cum vicina castra ipse et rex haberent, medicus Pyrri nocte ad eum venit, promittens veneno se Pyrrum occisurum, si sibi aliquid polliceretur. Quem Fabricius vinctum reduci iussit ad dominum Pyrroque dici quae contra caput eius medicus spondisset. **Tum rex admiratus eum dixisse fertur**: “Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate quam sol a cursu suo averti potest. “Tum rex ad Siciliam profectus est. Fabricius victis Lucanis et Samnitibus triumphavit. Consules deinde M. Curius Dentatus et Cornelius Lentulus adversum Pyrrum missi sunt. Curius contra eum pugnavit, exercitum eius cecidit, ipsum Tarentum fugavit, castra cepit. Ea die caesa hostium viginti tria milia. Curius in consulatu triumphavit. Primus Romam elephantos quattuor duxit. Pyrrus etiam a Tarento **mox** recessit et apud Argos, Graeciae civitatem, occisus est.

15

## LE NAVI ROMANE ATTRACCANO IN BRITANNIA

### CESARE

*Pronomi dimostrativi, determinativi, nesso relativo; comparativi; verbi deponenti, verba iubendi, possum, fio, volo; proposizioni infinitive, consecutive, temporali, interrogative indirette, finali, complete; ablativo assoluto, cum + congiuntivo, participio congiunto, gerundio*

His constitutis rebus, **nactus** idoneam ad navigandum **tempestatem**, tertia fere vigilia **solvit** equitesque in ulteriorem portum progredi et naves conscendere et se sequi **iussit**. **A quibus** cum paulo tardius esset administratum, ipse hora diei circiter quarta cum primis navibus Britanniam attingit atque ibi in omnibus collibus expositas hostium copias armatas conspexit. Cuius loci haec erat natura atque ita montibus angustis mare continebatur, **uti** ex locis superioribus in litus telum adigi posset. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum locum **arbitratus**, dum reliquae naves eo convenirent ad horam nonam in ancoris expectavit. **Interim** legatis tribunisque militum convocatis et **quae** ex Voluseno **cognovisset** et quae fieri vellet ostendit **monuitque, ut** rei militaris ratio, maximeque **ut** maritimae res postularent, **ut**, cum celerem atque instabilem motum haberent, ad nutum et ad tempus omnes res ab iis **administrarentur**. His dimissis, et ventum et aestus uno tempore **nactus** secundum, dato signo et sublatis ancoris, circiter milia passuum septem ab eo loco **progressus**, aperto ac plano litore naves constituit.

### IMPARIAMO A TRADURRE

**nactus**: da quale verbo deponente deriva questo participio perfetto e che funzione svolge? Ti ricordiamo che il participio perfetto di un verbo deponente ha solitamente significato attivo;  
**tempestatem**: il significato di questo termine va scel-

to tenendo conto del contesto. Qui, per esempio, avrebbe senso tradurlo con «tempesta»? Perché?  
**solvit**: l'espressione intera sarebbe *ancoras solvere*, cioè, propriamente, «sciogliere la fune che tiene ancorate le navi»; perciò, come si può tradurre *sol-*



*vī* in una sola parola?

**iussit**: il verbo *iubeo* richiede una costruzione particolare, qui presente: quale? Quanti e quali verbi dipendono da *iussit*?

**A quibus**: qual è la funzione, tanto frequente in Cesare, di questo pronome relativo? E come va tradotto in italiano?

**uti**: attenzione a non confondere questo termine con l'infinito del verbo deponente *utor*, graficamente identico. Il nostro *uti* invece è la forma meno usata di una congiunzione che conosci molto bene: quale?

**arbitratus**: anche in questo caso si tratta di un participio perfetto di un verbo deponente; la particolarità che va ricordata però riguarda la possibilità di dargli valore di anteriorità o di contemporaneità.

Quale delle due traduzioni ti sembra migliore?

**Interim ... administrarentur**: periodo decisamente complesso, di cui va svolta l'analisi prima di procedere alla traduzione;

**quae ... cognovisset et ... vellet**: come si giustifica l'uso del congiuntivo in questa relativa?

**monuitque**: il verbo regge una proposizione completiva introdotta da *ut*; poiché però vi è una sequenza di tre *ut* dopo *monuit*, devi prestare particolare attenzione a quale delle tre coniugazioni si lega *monuit*. Dopodiché devi riconoscere la funzione degli altri due *ut*, che introducono uno stesso verbo;

**progressus**: altro participio perfetto di un verbo deponente, intransitivo, che può essere tradotto soltanto con valore di anteriorità.

16

## ●● I BRITANNI CERCANO DI IMPIEDIRE LO SBARCO AI ROMANI

### CESARE

*Nesso relativo; verbi deponenti, possum; proposizioni relative, causali, comparative; cum + congiuntivo, ablativo assoluto, perifrastica passiva, participio congiunto*

At barbari, consilio Romanorum cognito praemisso equitatu et essedariis, quo plerumque genere in proeliis uti consuerunt, reliquis copiis subsecuti nostros navibus egredi prohibebant. Erat ob has causas summa difficultas, quod naves propter magnitudinem nisi in alto constitui non poterant, militibus autem, ignotis locis, impeditis manibus, magno et gravi onere armorum oppressis simul et de navibus desiliendum et in fluctibus consistendum et cum hostibus erat pugnandum, cum illi aut ex arido aut paulum in aquam progressi omnibus membris expeditis, notissimis locis, audacter tela coicerent et equos insuefactos incitarent. Quibus rebus nostri perterriti atque huius omnino generis pugnae imperiti, non eadem alacritate ac studio quo in pedestribus uti proeliis consuerant utebantur.

17

## ●● I SOLDATI DI CESARE NON RIESCONO AD ORGANIZZARSI E A SOPRAFFARE I BRITANNI

### CESARE

*Pronomi dimostrativi, riflessivi, nesso relativo e relativo prolettico; comparativi, doppio dativo, iubeo, fero e*

Quod ubi Caesar animadvertit, naves longas, quarum et species erat barbaris inusitator et motus ad usum expeditior, paulum removeri ab onerariis navibus et remis incitari et ad latus apertum hostium constitui atque inde fundis, sagittis, tormentis hostes propelli ac submoveri iussit; quae res magno usui nostris fuit. Nam et navium figura et remorum motu et inusitato genere tormentorum permoti barbari constiterunt ac paulum modo pedem rettulerunt. Pugnatum est ab utrisque acriter. Nostri tamen, quod neque ordines servare neque firmiter insistere neque signa subsecqui poterant atque alius alia ex navi quibuscumque signis occurrerat se adgregabat, magnopere perturbabantur; hostes vero, notis omnibus vadii, ubi ex litore aliquos singulares ex navi egredientes conspexerant, incitatis equis impeditos adoriebantur, plures paucos circumstebant, alii ab latere aperto in universos tela coiciebant. Quod cum animadvertisset Caesar, scaphas longarum navium, item speculatoria navigia militibus compleri iussit, et quos laborantes conspexerat, his subsidia submittebat.

composti; proposizioni temporali, relative, causali, infinitive; participio congiunto, ablativo assoluto, cum + congiuntivo

<b>SINTASSI</b>	Quod ubi Caesar animadvertit: <i>ubi Caesar animadvertit hoc Pugnatum est ab utrisque: uterque exercitus pugnavit alius alia ex navi: alius miles ex quadam navi, alius ex alia</i>
<b>LESSICO</b>	naves longas: <i>navis longa</i> = nave da guerra onerariis navibus: <i>navis oneraria</i> = nave da carico tormentis: <i>tormenta</i> = macchine da lancio speculatoria navigia: navi da esplorazione
<b>EQUIVALENZE</b>	magno usui nostris fuit: <i>nostris multum profuit</i> magnopere: <i>maxime</i>
<b>DERIVAZIONI</b>	animadvertit: <i>animum vertere ad</i> = volgere l'attenzione a, accorgersi

18

## IL COMBATTIMENTO CON I CARRI

CESARE

Pronomi dimostrativi, determinativi, riflessivi; superlativi; proposizioni temporali, consecutive, ipotetiche, complete; participio congiunto

Genus hoc est ex essedis pugnae. Primo per omnes partes perequitant et tela coiciunt atque ipso terrore equorum et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant, et cum se inter equitum turmas insinuaverunt, ex essedis desiliunt et pedibus proeliantur. Aurigae interim paulatim ex proelio excedunt atque ita currus conlocant ut, si illi a multitudine hostium premantur, expeditum ad quos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum in proeliis praestant, ac tantum usu cotidiano et exercitatione efficiunt uti in declivi ac praecipiti loco incitatos equos sustinere et brevi moderari ac flectere et per temonem percurrere et in iugo insistere et se inde in currus citissime recipere consuerint.

19

## VERCINGETORIGÈ TENTA L'ULTIMA SORTITA DALLA ROCCA DI ALESIA

CESARE

Pronomi, nesso relativo; comparativi; composti di fero e di sum, verbi deponenti; proposizioni relative, causali, infinitive, interrogative indirette; gerundivo, participio congiunto, periodo ipotetico

Vercingetorix ex arce Alesiae suos **conspicatus** ex oppido egreditur; crates, longurios, musculos, falces reliquaue quae eruptionis causa paraverat profert. **Pugnatur** uno tempore omnibus locis, atque omnia temptantur: **quae minime visa pars firma est, huc** concurritur. Romanorum manus tantis munitionibus distinctetur nec facile pluribus locis occurrit. Multum ad terrendos nostros **valet** clamor, qui post tergum pugnantibus exstitit, quod suum periculum in aliena vident salute constare: omnia enim plerumque quae absunt vehementius hominum mentes perturbant. Caesar idoneum locum nactus **quid quaque ex parte geratur cognoscit**; laborantibus summittit. **Utrisque ad animum occurrit** unum esse illud tempus, **quo** maxime contendi **conveniat**: Galli, **nisi profregerint** munitiones, de omni salute **desperant**; Romani, **si rem obtinerint**, finem laborum omnium **exspectant**. Maxime ad superiores munitiones laboratur.

**conspicatus:** che funzione ha questo participio perfetto? Inoltre, essendo una forma di un verbo deponente, come va tradotto, all'attivo o al passivo?

**pugnatur:** qual è il soggetto di questo verbo? La stessa domanda va posta per i successivi *concurritur* e *laboratur*;

**quae minime visa pars firma est:** costruisci: *pars, quae visa est minime firma*, etc. Come si può definire l'uso particolare che qui viene fatto del pronome relativo?

**huc:** è avverbio di moto a luogo derivante da *hic* («qui») e dipendente da *concurritur*. Qual è la relazione tra *huc* e la frase precedente? Poiché in questo caso una traduzione letterale in italiano non è opportuna, come può essere reso l'intero periodo? Inoltre, sapresti dire quali sono gli avverbi di moto da luogo e per luogo derivanti sempre da *hic*?

**valet:** il verbo *valere* significa propriamente «aver

valore», «riuscire»; qual è la sua traduzione migliore nel nostro caso?

**quid quaque ex parte geratur cognoscit:** anche questo periodo va analizzato e sciolto prima di procedere alla sua traduzione: *cognoscit quid geratur ex quaque parte*. Di che tipo è la proposizione il cui verbo è *geratur*? Come fai a esserne certo?

**Utrisque ad animum occurrit:** *ad animum occurrere* corrisponde al nostro «rendersi conto»; da dove deriva *utrisque* e qual è qui la sua funzione logica?

**quo ... conveniat:** a che cosa si riferisce il relativo *quo*? Perché in questa proposizione relativa il verbo è espresso al congiuntivo?

**nisi perfregerint ... desperant:** si tratta di un periodo ipotetico; sapresti dire di quale tipo? Come va tradotto in italiano?

**si ... obtinuerint ... expectant:** anche questo è un periodo ipotetico, analogo al precedente: come spieghi l'uso dei tempi e dei modi verbali in entrambi i periodi?

20

●●○ **CESARE REAGISCE AIUTANDO I ROMANI IN DIFFICOLTÀ**

**CESARE**

*Pronomi indefiniti, determinativi; doppio dativo; verba imperandi, composti di fero e di eo; proposizioni relative, ipotetiche, completive, infinitive; congiuntivi indipendenti, ablativo assoluto*

Alii tela coniciunt, alii testudine facta subeunt; defatigatis in vicem integri succedunt. Agger ab universis in munitionem coniectus et ascensum dat Gallis et ea quae in terra occultaverant Romani contegit; nec iam arma nostris nec vires suppetunt. His rebus cognitis Caesar Labienum cum cohortibus sex subsidio laborantibus mittit: imperat, si sustinere non posset, deductis cohortibus eruptione pugnaret; id nisi necessario ne faciat. Ipse adit reliquos, cohortatur ne labori succumbant; omnium superiorum dimicationum fructum in eo die atque hora docet consistere. Interiores desperatis campestribus locis propter magnitudinem munitionum loca praerupta ex ascensu temptant: huc ea quae paraverant conferunt. Multitudine telorum ex turribus propugnantes deturbant, aggere et cratibus fossas explent, falcibus vallum ac loricam rescindunt.

## ●● TATTICA DI CESARE NELL'ATTESA DI UNA BATTAGLIA

### CESARE

*Pronomi determinativi, indefiniti, riflessivi; verba iubendi; proposizioni causali, relative, ipotetiche, completive, infinitive; ablativo assoluto, gerundivo*

Eo die parvulis equestribus proeliis ad aquam factis utriusque sese suo loco continent: Galli, quod ampliores copias, quae nondum convenierant, exspectabant; Caesar, si forte timoris simulatione hostes in suum locum elicere posset, ut citra vallem pro castris proelio contenderet, si id efficere non posset, ut exploratis itineribus minore cum periculo vallem rivumque transiret. Prima luce hostium equitatus ad castra accedit proeliumque cum nostris equitibus committit. Caesar consulto equites cedere seque in castra recipere iubet, simul ex omnibus partibus castra altiore vallo muniri portasque obstrui atque in his administrandis rebus quam maxime concursari et cum simulatione agi timoris iubet.

## ●● LA BATTAGLIA DI FILIPPI: MORTE DI CASSIO

### VELLEIO PATERCOLO

*Pronomi determinativi, riflessivi; comparativi; composti di eo e di sum; proposizioni relative, concessive, completive, interrogative indirette, infinitive; ablativo assoluto, participio congiunto, cum + congiuntivo*

Tum Caesar et Antonius traiecerunt exercitus in Macedoniam et apud urbem Philippos cum Bruto Cassioque acie concurrerunt. Cornu, cui Brutus praerat, impulsis hostibus castra Caesaris cepit (nam ipse Caesar, etiamsi infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico, ne in castris remaneret, manifesta denuntiatione quietis terrore), id autem, in quo Cassius fuerat, fugatum ac male mulcatum in altiora se receperat loca. Tum Cassius ex sua fortuna eventum collegae aestimans, cum dimisisset evocatum iussissetque nuntiare sibi quae esset multitudo ac vis hominum, quae ad se tenderet, tardius eo nuntiante, cum in vicino esset agmen cursu ad eum tendentium neque pulvere facies aut signa denotari possent, existimans hostes esse, qui irruerent, lacerna caput circumdedit extantemque cervicem interritus liberti praebuit.

## ●● LA BATTAGLIA DI FILIPPI: MORTE DI BRUTO

### VELLEIO PATERCOLO

*Pronomi determinativi, riflessivi, nesso relativo; proposizioni temporali, infinitive, relative, completive; participio, cum + congiuntivo, ablativo assoluto*

Deciderat Cassii caput, cum evocatus advenit nuntians Brutum esse victorem. Qui cum imperatorem prostratum videret: "sequar", inquit, "eum, quem mea occidit tarditas, et ita in gladium incubuit". Post paucos deinde dies Brutus confligit cum hostibus et victus acie cum in tumultum nocte ex fuga se recepisset, impetravit a Stratone Aegeate, familiari suo, ut manum morituro commodaret sibi; reiectoque laevo super caput brachio, cum mucronem gladii eius dextera tenens sinistrae admovisset mammillae ad eum ipsum locum, qua cor emicat, impellens se in vulnus uno ictu transfixus expiravit protinus.

## ●● LA SCONFITTA DELL'ESERCITO ROMANO A TEUTOBURGO

**VELLEIO PATERCOLO**

*Pronomi determinativi, riflessivi; superlativi; proposizioni causali, relative, finali; cum + congiuntivo, ablativo assoluto, participio, gerundio*

Exercitus omnium fortissimus, disciplina, manu experientiaque bellorum inter Romanos milites princeps, marcere ducis, perfidia hostis, iniquitate fortunae circumventus, cum ne pugnandi quidem aut egrediendi occasio iis, in quantum voluerant, data esset immunis, castigatis etiam quibusdam gravi poena, quia Romanis et armis et animis usi essent, inclusus silvis, paludibus, insidiis, ab eo hoste ad intereptionem trucidatus est, quem ita semper more pecudum trucidaverat, ut vitam aut mortem eius nunc ira nunc venia temperaret. Duci plus ad moriendum quam ad pugnandum animi fuit: quippe paterni avitque successor exempli se ipse transfixit. Vari corpus semiustum hostilis laceraverat feritas; caput eius abscisum latumque ad Marboduum et ab eo missum ad Caesarem gentilicii tamen tumuli sepultura honoratum est.

## ●● GLI ESERCITI DEGLI "ALTRI": LE TRUPPE DI DARIO

**CURZIO RUFO**

*Pronomi determinativi, indefiniti; numerali; composti di eo; proposizioni finali, relative improprie, comparative; ablativo assoluto, participio*

Igitur castris ad Babylona positis, quo maiore animo capesserent bellum, universas vires in conspectum dedit, et, circumdato vallo quod decem milium armatorum multitudinem caperet, Xerxis exemplo numerum copiarum iniit. Orto sole ad noctem agmina, sicut discripta erant, intravere vallum; inde emissa occupaverant Mesopotamiae campos, equitum peditumque propemodum innumerabilis turba, maiorem quam pro numero speciem ferens. Persarum erant centum milia, in quis eques XXX milia inplebat, Medi decem equitum, quinquaginta peditum habebant. Barcanorum equitum duo milia fuere, armati bipennibus levibusque scutis cetrae maxime speciem reddentibus: peditum decem milia equitatum pari armatu sequebantur; Armenii quadraginta miserant peditum, additis septem milibus equitum. A Caspio mari octo milium pedester exercitus venerat, ducenti equites. Cum iis erant ignobiles aliae gentes: duo milia peditum, equitum duplicem paraverant numerum.

## ●● GLI ESERCITI DEGLI "ALTRI": LE TRUPPE DI ALESSANDRO

**CURZIO RUFO**

*Pronomi indefiniti, dimostrativi, determinativi; comparativi; verbi deponenti, iubeor; proposizioni relative, finali, interrogative indirette, completive; ablativo assoluto, participio*

Alexander phalangem, qua nihil apud Macedonas validius erat, in fronte constituit. Dextrum cornu Nicanor, Parmenionis filius, tuebatur: huic proximi stabant Coenos et Perdiccas et Meleager et Ptolomaeus et Amyntas, sui quisque agminis duces. In laevo, quod a mare pertinebat, Craterus et Parmenio erant, sed Craterus Parmenioni parere iussus. Equites ab utroque cornu locati: dextrum Macedones Thessalis adiunctis, laevum Peloponnesii tuebantur. Ante hanc aciem posuerat funditorum manum sagittariis admixtis. Thraces quoque et Cretenses ante agmen ibant, et ipsi leviter armati. At his, qui praemissi a Dareo iugum montis insederant, Agrianos opposuit ex Graecia nuper advectos. Parmenioni autem praeceperat, ut, quantum posset, agmen ad mare extenderet, quo longius abesset acies montibus, quos occupaverant barbari.